



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

VI. De Debili Cvrato Et muliere correcta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

apposita sibi mensa, & desuper pane & potu, minister ad cibos pergeret offerendos, quibus allatis, quem miserè viuum in obstinatione reliquerat, miserabilis in peccato suo mortuum reperit. Nam in arulam plenam carbonibus, quam gratia calefaciendi sibi habuit ante positam, facie prona ceciderat, & exspirauerat præambustus. In quo patenter apparet, quod qui cæco fideli fuerat odor vitæ in vitato, isti blasphemus factus est odor mortis in mortem, in resurrectionem positus & ruinam, hinc inde, cum diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum, illum fideli deuotione illuminans, istum percutiens pro reatu. Et sicut tumulus viri Dei ter virgis cæsus est per proteruum, sic triplici plaga percussus est inimicus, ardore videlicet faciei, dehinc lepræ cõtagio, nouissimè verò morte pessima peccatorum. Cæterum descripto rigore iusticiæ, ad solatia misericordiæ reuertamur.

DE DEBILI CVRATO ET  
*muliere correctâ.*

VI.

**R**ADOLDVS nomine puer in Monasterio, tantum de auribus singulis noctibus sanguinauit, vt mane puluinar ipsius alicui animalis perfusum sanguine videretur. Qui cum esset ad tûbam viri Dei tertio ponderatus, illico restitutus est integræ sanitati. Inter hæc augebatur quottidie credentiû in Domino multitudo, patrocinia famuli sui requirens. Inter quos mulier quædam IERVTA nomine ad sepulchrû sancti nummo se ponderauit, quem cum in arcellam oblationum mittere debuisset, denario clam retento ad altare illum voluit obrulisse, sed dolû illico, vindicta consequebatur. Nam illi ita contracta est manus, vt nec eam extendere nec nummum excutere præualeret. Ad cor igitur re-  
uerſa

uerſa flagello, redit ad archam denariū immiſſura, ſtatimq; miſericordia & veritas obuauerunt ſibi, nam manū quam dolus concluderat, veritas patefecit. Miſſo igitur nummo quo mitti debebat, gaudēs mulier alium obtulit ad alrare.

## QVOD PRO TEMPORE

*ceſſauit à ſignis.*

**Q**VM itaq; turba venerantium ſeruum Dei, diatim accreſceret, Monachus quidam **V**VOLF-**R**AMVS nomine, ſepulchri cuſtodix deputatus, ſuper illud ædificare propoſuit ædiculam cancellatā, p̄ quendā **B**ERCHTOLDVM nomine, carpētariū, qui homicidio perpetrato nondum **E**cceſiæ reconcilari meruerat, dictum opus incipiens conſumauit. Porro Dei famulus ſacrilegum in **E**cceſiam illius ingreſſum, & opera manuum cruentarum aſpernans, ſolita beneficia requirentes per annos aliquot deſtitit exaudire. Quod cum Fratres ſolertius perpendiſſent, ipſam ædiculam prudenti conſilio remouerunt. Sed non ſtatim finis, vt Dei ac ſui famuli dedignatio placaretur.

VII.

## QVOMODO ITERVM CLA-

*ruit ſignis & miraculis.*

**Q**UITVR quia non obliuiſcit miſereri, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, cū rogatur, aliquanto tēpore iam decurſo, anno **M. CC. vi. ceſimo quarto** **D**ominicæ incarnationis, ſtetit **P**hinees, & placuit, **B. ERM**OLDVS videlicet, vt auerteret iram eius, quem opus offenderat homicidæ. Quidam ergo **V**VALMANN' nomine ciuis **R**atiſponenſis à quodam **R**YBER-

VIII.